



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVI. Markgraf Ludwig verkauft dem Nicolaus Bismark 4 Winspel Roggenpacht in der Stadt Tangermünde, am 1. Januar 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

testimoniis stabilita, Hinc est quod nos Thylo de Elbu, Hinricus de Anghern ac Ebele Fritzen, Henningus Gunteri, Hinricus dictus Beberer, nec non Ebele Scrikke, Consules Civitatis Thangermunde, coram omnibus presentia visuris vel auditoris recognoscimus publice profitentes, quod constituta in nostra presentia digna et honesta puella Berchte, dicta de Osterburg, devocione feliciter preventa cupiens anime sue gazam celestem immarcessibilia pro temporali a Domino imutare, quoddam pratum trans Albiam situm ecclesie beati Stephani in Tanghermunde omni iure, quo ipsa idem pratum tenuerat, in honorem Dei et ipsius beati Stephani irrevocabiliter et libere erogavit, volens tamen ut in altari summo parochiali nec non singulis ceteris altaribus in eadem ecclesia situatis, de fructibus dicti prati per totum annum ad singulas missas perpetue vina et oblate procurentur, Hac tamen condicione inserta, quod si contigerit, quod absit, fructus prefati prati in tantum aliquando minorari, quod omnibus predictis altaribus predicta scilicet vinum et oblate ad plenum non poterunt ab inde ministrari, talis defectus in solo parochiali altari et non in aliis altaribus debet permanere, adiiciens etiam puella prenarrata, quod sepe dictum pratum per nullum eventum debet vendi vel unquam alienari ab ecclesia memorata. In quorum omnium permanentiam plenioram presentem literam tradidimus appensione sigilli nostre civitatis communitam, presente etiam honorabili viro Domino Conrado de Arnstede, preposito Ecclesie Stendaliensis, pro teste ad hoc vocato. Datum anno Domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., feria quinta post epiphaniam Domini.

Orig. im K. Geh. Staatsarchive. — Gercken III, 321.

XVI. Markgraf Ludwig verkauft dem Nicolaus Bismark 4 Wispel Roggenpacht in der Stadt Tangermünde, am 1. Januar 1345.

Dominus contulit nycolao Bysmarg III^{or} choros siliquis, in civitate tangermunde sitos, pro quibus ibidem nycolaus domino marchioni in XX marc. arg. satisfecit. Datum Perleberg, Anno M^o. CCC^o. XLV^o., Sabbato Circumcisionis domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLV.

XVII. Privilegium des Markgrafen Woldemar für die Stadt Tangermünde, vom 19. August 1348.

Wir Woldemar, von der gnade gotes tzu Brandenburg vnde tzu Lufitz vnde tzu Landesberg Markgraf vnnnd des heiligen Romischen Richs obristir kammerer, bekennen vnnnd bezugen offinbar in dissem brieße, Daz wir sollin vnd wollin vnser libin getruwin borgern gemeynlichin in der stadt tzu Tangermünde, die nu sint vnde czukomende sint, baldin alle ire rech-